

70.

Jemand teilt dem Adressaten mit, daß er für dessen Tochter noch nicht die Erlaubnis eines Kardinals erlangt habe, in ein Kloster einzutreten.

Hs. fol. 12^v.

Viro [provido] et discreto *etc.* Intime devoti[o]nis / affectio, caritatis sinceritas et fidelitatis constantia, quam erga personam / vestram, que virtutum refulget insigniis, gero specialiter, me compellunt / [...] hiis que vestri affectus ac filie vestre, consolationis suffragia / [...] et salutem, intendam sollicitudine indefensa. Noveritis / ig[itur] [quod su]per impetratione licentie obtinende pro [r]ecep/[tione] vestre filie gratiose, que inspiratione Paracliti, munda[na] con/ver[sat]ione et seculi vanitatibus derelictis, affectat in monasterio digne / Domino famulari, cura sollicita et diligenti studio laboravi. [...] propter / o[ccu]pationes plurimas domini cardinalis nondum votiv[u]m effectum obtinuit / [labor] meus, sed, cito auxiliante Domino, responsio [de]siderata / [ven]ient ac executio gratiosa utique iuxta votum. Quare vestre cir/[cums]p[ect]oni provide suadeo dilectione [qua]tenus super ag[en]dis provi/[deat] vestra maturitas sicut decet. /

71.

Die Gemeinde Porciano bittet die Gemeinde Anticoli, die dem Kaufmann A. von Einwohnern Anticolis geraubten Schweine und andere Gegenstände zurückzugeben.

Hs. fol. 12^v—13^r.

Viris providis et discretis .. vicinis et / [...] .. nobilibus et aliis hominibus et universitati Castri / An[ticuli]⁴⁷⁾, consilium et co[mu]ne Castri Porciani⁴⁸⁾, salutem et / amorem since [rum]. Non requirit hoc u[r]banitas et amicitie de/bitum ut m[er]cator[es] per itinera publica transeunt [es ... / ...] spoliari, maxime per amicos. Mira[m]ur igitur [... / ...] dolemus quod [...] accepimus, A. mercator amica/[...] quantitatis po[rco]rum transiret per territo/[rium ...], homines de castro Anticuli exeuntes / [...] pre[fa]t[o]s porcos abstulerunt et // unum ex ipsis porcis valoris non modici una cum quibus[dam aliis rebus] / civis nostri prefati sibi furtim, invito Domino, tenuerunt. De [...] / dolemus ferventius,

⁴⁷⁾ *Anticoli Corrado (Prov. Rom).*

⁴⁸⁾ *Porciano (Gem. Ferentino, Prov. Frosinone).*